

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Menippus sive dialogorum satyricorum centuria  
inanitatum nostratum speculum**

**Andreä, Johann Valentin**

**Cosmopoli [i.e. Straßburg], 1618**

12. Fraternitas

[urn:nbn:de:bsz:31-107424](#)

credis, quod cum Christiani neminem offendant, ridiculi tantum sint & commiserabiles, odio tamen atque extremo habeantur. *B.* Atqui ego negligi tales credidi. *A.* Nequaquam, sed maxime exagitari; scilicet quia astutissimus Satan intelligit, sub hac Christiana stultitia, & ridiculis laciniis magnum contra ipsum robur latitare. *B.* Atqui tale quid non animadverti haecenus. *A.* Observabis ergo posthac in latrones, adulteros, raptores, effractores, tumultuarios nunquam tanta sollicitudine inquiri, ac in silentes, castos & pacificos. *B.* Mira sunt. *A.* At verisimia: nam ubi primum diversum vitae institutum, quantumvis innocentissimum elucescit, ibi iniquissimis suspicionibus, dein calumniis, de niq; persecutionibus datur locus. *B.* Quid si idem libellus iste expertus sit? *A.* Tu videris, mihi interim persuasum est, nec Cosmoxenos facile dari, nec Cosmopolitas modestos, sed mera Mundii inquinamenta & onera.

## 12. FRATER NITAS.

*A.* De fraternitate illa, quæ vulgo circumferuntur ecquid sentis? *B.* Minus magnifice. *A.* Annè etiam nomen obtulisti, atque frustra? *B.* Non ego ad id passim video multis obtingere. *A.* Quid ergo, an esse tales aliquos credis, an curiosorum ludibrium? *B.* Vix dixerim: nisi quod male me habet tor viros bonos spes sua, & insolita expectatione excidere. *A.* Id nempe debatur, quibus præ simplici via Christi artificiosa

ciosa aliqua & intolita arriserat. **B.** Ego sanè integrō animo Mundi pertæsus ad illos migrare volui, nullo lucrī intuitu. **A.** Saltem non iniunctum fuissest, tantā Natura revelatione & auri thesauris perfrui. **B.** Vtique: siquidem ad Christum propius duxissent. **A.** Et aluissent etiam commodius? **B.** Divinaris? **A.** Et eripuisset Mundi strepitibus? **B.** Rides ne? **A.** Iam verò, an spem omnem abiecisti? **B.** Propemodum: nam & in Magorum, hæreticorum, ut aiunt, aut impostorum suspicionem veniunt, magnis proditū & convictioluminibus. **A.** Nihil autem tibi illi suggererunt? **B.** Nihil equidē, contrà quām fidem dederant. **A.** Nec admonuerunt. **B.** Ne litera quidem. **A.** Non id quæro, an ad te quicquam perscriperint, quod nunquam opinor, si et, sed num inter illa aliquid pro Christiana vita conceperis? **B.** Qui possim, qui libros illorum mysticos non habeo? **A.** Biblia consulito, nam hæc vnicè iactant. **B.** Interpres deest. **A.** Is Christus sit. **B.** Qui advocabo? **A.** Precibus, lachrymis, ieiuniis, ledulitate, exercitio. **B.** Ibi verò facilius omnia possem scilicet his vinculis exutus. **A.** Haud arbitror: nam si ad Christianam vitam ordinem suum instituerunt, non aliter is certe constabit quam Christi regulis, sacro nobis Evangelio proditis, nec enim Christum alium facient, nec Christianos mundi amicos. **B.** Interim fraternitatis socius non sum. **A.** Quid ni; nam si tales quidem uspiam fratres Christi sunt, tu pereundem Christum frater illorum es, sin aliter, nolo mihi in terris frater quocunque titulo sit, qui non idem Christi.

B

us.  
eminem eis  
miserabiles, o  
ntur, B. Atque  
equaque, sed  
autuillimus &  
studenter, & ridi  
sum robur lati  
naturi hader  
in latentes, a  
cum leuando  
in, ac in silen  
to. A. Atq  
n. vita intelle  
cum elucet, &  
n calumnias de  
B. Quid si id  
deris, mihi in  
nos facile da  
mera Mundi

A.S.

go circumfer  
as magnificè  
, aque frusta?  
nulus obinge  
iquos credis, an  
ix direxit: nifi  
ponos specia, &  
A. Idem me de  
via Chalii artic  
gosa